

Ingentium beneficiorum quae Ser.¹²² Vra in indignam meam personam
 magnificentis regiae haud dispari, hucusq; contulit, recognitio; non eam
 quam uellem, sed quam possum, quamq; religiosa paupertas mihi
 permittit nonnullam gratitudinis demonstrationem ueluti iure quoddam
 a me exigere uidetur; sed quidnam tanti principis magnificentiae condignum
 rependam, nescio. mitto tamen ne ingratitude conuincar id quod hucusq;
 in museo meo habui rarissimum, pretiosissimumq; uidelicet quatuor
 Euangeliorum uetustissimum Codicem, Syriacâ lingua, nec non Chaldaeis
 quondam usitato caractere, quem Estranghêlo uocant, ante annos
 749
 1035 a Monachis Cophitis in Aegypto conscriptum; quo Aegyptus
 magno SS. Martyrum et Confessorum numero, nec non Christiana religione
 et monasticâ instituti disciplina summe florebat, quam tunc non multo
 post tempore Muhamedis nequissimi Impostoris ortus, eiusq; Satanicum
 institutionem magno Reip. Christianae discrimine interturbauit.

Codex nil aliud continet ~~quâ~~ ^{quâ} Sancta Christi Seruatoris nostri
 Euangelia, praeter nonnullas ~~perbriues~~ ^{mutiplicatas} glossas modo arabicâ, iam Syriacâ
 lingua conscriptas. Ne uero Lector in capitulis reperiendis tempus
 perderet, ea suis locis iuxta consuetam Euangeliorum latinorum distri-
 butionem adiunximus. In calce foliorum ~~se~~ ^{se} plerumq; nomina Euan-
 gelitarum apposita uidebis rubro descripto colore; quibus eorum in
 occurrationum materiarum narratione consensum et concordiam ostendent.
 In fine codicis Euangely secundum Ioannem, quae deerant, supplesimus
 Indices postea, quae in fine spectantur adnexi, nil aliud continent, quam

Loca 4 Evangeliorū varijs materijs applicata. Lingua deniq̄ qua
Scripta sunt Evangelia, est Syriaca, quā tempore Christi vulgo utebant̄
omnes, estq̄ eadem cum chaldaica; Unde qui novit linguam Hebraeam
hanc sine ulla difficultate intelligere poterit, maxime vero si in lingua Chaldaica
quam Charyunicam vocant, nondū exercitatus fuerit; ut proinde nil ad
legendum Codicem aliud opus sit, nisi ut in Estrangeltico characterē, quo
hic liber, conscriptus fuit, idemq̄ cum Syriaco est, legendō lector sese exercant,
quod ut majori cum facilitate fiat, alphabetum hūc adiungendam duxi.
quoniam et in prodrōnis Copto, illud cum ceterorū Orientaliū Idiōmatum
alphabetis exhibuerim; quem consulat Lector. Porro textus Evangelicus ubiq̄
conformis est ei qui in Biblijs Regijs Vaticanianis Syriace impressis exhibetur.
Sed hoc de Codicis Evangelici descriptione sufficiat.

Adidi hūc Tomum II Concionum Apostolicarum, quem R. P. Generalis Societatis
P. Joannes Pauly Obia proxime editum, meo nomine Seren. Vre offeret
qui ubi morales materias Scite et elegantē Idiōmate Italico tradit,
ita quoq̄ S. V. minime difficultatem confidit.

Deinde, quemadmodum nuper Arcam Vaticanāq̄q̄ medicamentis instructam
Ser. Vre transmissi, ad senile corpus corroborandum, tum ad vitam prolongan-
dam peropportuna. ita modo quicquid pretiosum et rarum, circa olea et aquas
odoriferas summis principibus hūc Romae usitate, invenire licuit, separatim arcubus
inclusas transmittō, ut deficientes ex studijs (quibus Ser. V. continē se applicare
intellexi) exhaustos spiritus refovere queat; Servient et Serenissime Coniugis
sua cosmeticum usum; Adde hūc 3 parva chirothecarum, ob odoris suavitatem
magis apud omnes ceteros estimationis. Quae omnia uti singulari industria
hūc Romae conficiunt, ita quoq̄ Serenitat. Vre minime difficultatem confido

Atq; hæc sunt, quæ Serenissimæ V. ad debitam gratitudinis demonstrationem pro mea
 tenitate respondenda duxi. in quibus acceptandis non tunc res ipsas ceteroquin
 tanta liberalitati Serenissimæ V. improporionatas, quam animum meum officiose uberrimæ
 tatis affectu uberem confertimq; spectet uelim. Vale Serenissime Princeps, S. R. I
 decus et gloria; cumq; qui magis mentis lucis dotes suspicit et admiratur, uobis
 gratias hæc ferere, studijsq; eius, uti fecisti, fauere ne desistas.

Romæ 18 Martij 1666
 Serenitatis V. S.

Handwritten notes in the right margin, possibly a library or archival stamp, including the words "Handwritten" and "1666".

Humbilic et Gratiſſimus
 Seruus

Athanasius Kircherus

Handwritten text in a cursive script, likely a list or account, written in brown ink on aged paper. The text is oriented vertically and appears to be a list of items or transactions.

Handwritten text in a cursive script, possibly a signature or a date, located in the middle right section of the page.

Handwritten text in a cursive script, possibly a signature or a name, located in the lower left section of the page.

Handwritten text in a cursive script, possibly a signature or a name, located in the lower left section of the page, below the previous block.